

ut saltem his terribili insidiis decipiant sacerdotes Domini, et suis
faciant voluntatibus subditos fieri. Nos considerantes impietates et
pericula vibrantium animarum, una cum omnibus sacerdotibus, qui
nobiscum in hanc sacram conveniunt urbem, et cum omnibus
suis huius capituli membris, sicut a beatis apostolis et reliquis san-
ctis patribus et successoribus eorum accepimus, statuentes decernimus,
omnes qui sanctos patres persequantur aut amovere vel di-
lacerare manifestantur, infames esse et alienos a liminibus
ecclesiae, usque ad satisfactionem fieri eiusdem. Similes
si huiusmodi personis quedam scripturae quomodo¹ pro metu aut
fraude aut per vim extorte fuerint, ut se liberare possint, quocumque ab
eis conscriptae vel roboratae fuerint ingenio, nullum eis prae-
iudicium aut nocumentum provenire censemus, neque illarum eis
infamiam vel calumniam aut a suis sequestrationem bonorum
umquam auctore Domino et sanctis apostolis eorumque succe-
ssoribus sustinere permittimus.

¹ quomodo 1.

¶ Qui plurimi sacerdotum depositi fuerant et postmodum
reconciliati. Inf. Et tale quid ad lapsum reconciliationem per-
tinet, exemplis confirma. Res. Plurimi namque sacerdotum de-
positi fuerant et postmodum reconciliati, reconciliati inquam,
non denuo in id ipsam consecrati, quoniam quidem aliud est recon-
ciliatio et aliud consecratio; Nam qui reconciliatur, in gratiam
priusquam restituitur; qui autem consecratur, id quod non habet,
accipit. Sed ut dicere cepi, Johannes Chrysostomus in duabus syno-
dis orthodoxorum episcoporum fuit iudicatus, et iterum restitutus
ecclesiae suae; Nec non et Marcellus, episcopus Ancire Ga-
latae, depositus fuit, et postmodum proprium recepit episco-
patum. Arcepius item iudicatus a synodo, et ecclesiam suam postea

¹ fuerint

fuerint